1006

pro Citta fuerit soluturum, praestitaque solutione vadii praedicti Inscriptioni om-
nibusque eius contentis terminis quibus opus fuerit satisfactura. Nulla praescriptione
terrestri in praemissis obstante, primo termino et contentis Inscriptionis praesentis
Citationis ac processus ex ea emanatis, Nullis excogitatis coloribus aut adinven-
tis modis sive cautellis quae tam ex iure scripto vel ex consuetudinibus in
legum scriptarum vim subsecutis et tentis moribus comprobatis in auxili-
um et consilium eo tempore poterint non subterfugiendo neque evadendo. Quippe om-
nibus his et aliis remediis motionibus appellationibus earumque prosecutionibus
exequutionibus Evasionibus et aliis dilationibus ad quietationem et aliis quibus
eis omnibusque iuris sanitati et famae eius suis renuncians et abdicans. Quod ne-
morandi firmatum est.

Tarlowa cum Komarniczki in
tercisam inscribunt se tenere.

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Premi-
sliensibus Generosa Ursula de Ilyzyk Tarlowa ab una et Nobilis
Fridericus Komarniczki de Lesczowiecz parte ex altera, Actis palatinati-
bus districtibus iuribusque suis quibus suis propriis forisque competentibus rece-
dentes sic et iurisdictioni Castrensi Premisliensi quo ad actum effectumque
praesentis inscriptionis attinet incorporantes et subiicientes sani mente et corpore
existentes parte palam ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum
interesse suo recognovit. Quemadmodum se et successores suos in et super
bonis suis ipsa eadem Tarlowa in bonis omnibus a Generoso olim Nicolao
Tarlo marito suo iure reformationis habitis et inscriptis, praefatus vero Ko-
marniczki in bonis suis omnibus generis inscribunt mutuo et invicem. Confactis
Intercisam certam sigillis partium utriusque obsignatam manibusque propriis eius-
dem Generosae Ursulae Tarlowa in suo nomine praedicti Frydrycho
Komarniczki manu Nobilis Sebastiani Gogolinski subscriptam occasione
Arendae certarum sortium in villis Mayslow et Komarniki
existentium per dictam Ursulam Tarlowa memorato Frydrycho

Komarniczki arendatam confectam et conscriptam in toto et in minima
parte eius quoque alterutrum recognoscentes et successoribus eorum opus fuerit — 1009
ac prout cuilibet partium conditiones in intercisa eadem sunt ad explendum
assignatae tenere complere et exequi ac eidem Intercisae omnibusque
eius contentis eoque ad complementum eiusdem Arendae in toto et in minima
parte satisfacere in eidemque condicere sub vadio Septuaginta
florenorum pecuniae monetae Polonicalis per partem intercisam et omnia eius con-
tenta non complentem et eius successores parti tenenti et complenti et po-
steris eorum quoque ad solvendum succumbenda. Inscribuntque se memorati
recognoscentes quilibet suis bonis suis supradictis tam mutuo quam divisim
praesentem inscriptionem ad Acta terrestria Premisliensia anno decurso coniuncte
in tali forma verborum transferre et transportare sub simi-
li et speciali vadio Septuaginta florenorum pecuniae pars parti
succumbendo. Pro quibus quidem vadiis et vadiis casu non satisfactionis
praemissorum transgressor si se pars parti eiusque successoribus citare
inscripserit ex tunc eodem ab omni proprio foro et competenti in officio Castrensi
Premisliensi cum se quilibet illorum eiusque suis successoribus bonisque suis su-
prascriptis omnibus actio incorporavit, semper in primo Citationis termino
peremptorie comparituros responsuros omnemque sententiam in eo
passuros prolatam libere passurosque et illum in instantia vadia pro quo
pars partem Citaverit soluturum, praestitaque solutione vadii praedicti In-
scriptioni omnibusque eius contentis terminis quibus opus fuerit satisfacturum.
Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante, probatum primo termino et contentis
Inscriptionis praesentis Citationis ac processus ex ea emanatis Nullis
excogitatis coloribus nec adinventis modis sive cautellis quae tam
ex iure scripto vel ex consuetudinibus in vim legum scriptarum in-
se completentes tentis moribus comprobatis in auxilium et consilium
eo tempore poterint non subterfugiendo neque evadendo. Quippe omnibus
his et aliis remediis motionibus appellationibus earumque prosecutionibus